



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1868**

De SS. Taracho, Probo Et Andronico MM. Anazarbi In Cilicia Commentarius  
Prævius De SS. Martyrum cultu, maartyrii adjunctis et Actis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)



## DE SS. TARACHO, PROBO

ET ANDRONICO MM.

ANAZARBI IN CILICIA

## COMMENTARIUS PRÆVIUS

## De SS. Martyrum cultu, martyrii adjunctis et Actis

ANNO CCCLV,  
Frequens in  
Fastis sacris,

**P**ræstantissimos hosce fidei Christianæ Pu-  
giles sacri ecclesiæ tum Latinæ, tum  
Græcæ antiqui recentioresque Fasti cer-  
tatum, nec immerito celebrant: Martyrolo-  
gium Romanum Vetus ad diem ix Octobris  
ita habet: Apud Tharsum, martyrum Tharaci,  
Probi et Andronici. Prolivius de illis Ado  
scribit; ac primo quidem ita illos annuntiat:  
Apud Tarsum metropolim Ciliciæ, Natale bea-  
tissimorum martyrum Tharaci, Probi et Andro-  
nici: qui persecutione Diocletiani sub Maximo  
præsede, longo tempore carcerali squalore affli-  
cti, et tertio diversis tormentis et suppliciis  
examinati in confessione fidei triumphum glori-  
æ adepti sunt. Dein vero addit varia, quæ  
passi sunt, suppliciorum genera, qua demum  
fuerint morte sublata, et quo pacto sepulturæ  
traditi: quæ quidem omnia ex ipsismet san-  
ctorum Martyrum Actis in suum Martyrolo-  
gium transtulit. Laudatis mox Adonis verbis  
Usuardus apud Sollerium ad amussim concin-  
nit, uti et Martyrologium Romanum hodiernum,  
hoc fere solo discrimine, quod Tarsum  
metropolim non appetit; addat autem, sanctos  
Martyres abscissis cervicibus occubuisse.  
Wandelbertus apud d'Acherium tom. 2 Spi-  
cilegii pag. 54 ita de iisdem canit:

**C** Quinas mox Taracus, Probus Andronicusque  
coronant,

Virtutis, mortisque pares quos gloria reddit.  
Meminit etiam illorum Notherus apud Cani-  
sium Lectionum Antiquarum tom. 2, parte 2,  
pag. 179, sed admodum vitiose; ubi sic legi-  
tur: Apud Tharsum metropolim Ciliciæ Tha-  
raci presbyteri et Andronici martyrum etc. Per-  
peram quippe hic Probus omittitur, et Tara-  
cho, homini, uti ex Actis Martyrum manife-  
stum est, militari dignitas adscribitur sacer-  
dotalis. Pari vitio laborat Mrl. Hieronymia-  
num Epternacense, quod S. Andronicum veluti  
sacerdotem annuntiat.

cum Latinis,

2 Hactenus quidem quoad mensem, diem,  
locumque, quibus passi fuerunt sancti Marty-  
res, inter citatos martyrologos satis convenit:  
verum ad diem xxv Martii annuntiantur in  
Auctariis Usuardinis apud Sollerium,  
et Mss. Vaticano S. Petri et Usuardo Regi-  
næ Sueciæ: ad diem iv Aprilis in Ms. Vati-  
cano, signato num. 5949, ubi annuntiantur  
in Syria: in Mss. vero Casinensi et Altem-  
psiano ad eundem diem omittitur S. Probus.  
Ad diem v Aprilis referuntur in Martyrolo-

gio monasterii S. Maximini, et in tribus Mar-  
tyrologiis Hieronymianis apud Florentinum:  
ad diem vii Maii refertur Depositio reliquia-  
rum eorumdem Martyrum in ecclesia S. Eu-  
thymii; in hujus Vita num. 122, tomo 2 Janua-  
rii, die xx ejusdem mensis data. Ad diem ejus-  
dem mensis xiii signantur, et quidem in Palæ-  
stina in Mrl. Hieronymianis Lucensi, An-  
verpiensi seu Epternacensi, et Corbeïensi; ac  
rursus ad diem xxvii Septembris, sed in Cili-  
cia; in Gellonensi apud d'Acherium corrupte  
pro Probi legitur Prolii: ad diem ix et x Octo-  
bris in Martyrologiis Hieronymianis Floren-  
tini mox laudatis; ad diem vero x ejusdem  
mensis in Gellonensi S. Probus perperam voca-  
tur Proprius. S. Tarachum omittit hoc die Mrl.  
Hieronymianum ab Edmundo Martene edi-  
tum tom. 3 Anecd. a pag. 1550. Denique ad  
diem xi Octobris Mrl. Lucense Parvum Flo-  
rentini solum memorat S. Andronicum: Eptern-  
nacense vero sic habet: v Idus Octobris in Ana-  
zabori (lege Anazarbo) Ciliciæ natalis Tharaci,  
Probi et Andronici presbyteri. Omittit alios co-  
dices Hieronymianos contractos, et recentio-  
rum Martyrologia: de die vero loquere, quo  
sancti Martyres passi sunt, cum de Fastis Græ-  
cis, quibus inscripti sunt, egero, infra dicitur.

3 Græci passim SS. MM. Tarachum, Pro-  
bum et Andronicum iv Idus mensis Octobris  
colunt, hoc est, die xii seu postridie ejus diei,  
quo Romano Martyrologio, Veteri Novoque,  
inscribuntur; ad quem in Mensis Magnis,  
haustum ex Martyrum Actis, hujusmodi elo-  
gium legitur: Οἱ τοὶ ὑπάρχοντες ἐν ὑπατείᾳ Διοκλη-  
φικῆ καὶ Φλαβιανῆ ἡγεμόνων· καὶ ὁ μὲν Τάραχος  
προβεβηκότως ἦν τὴν ἡλικίαν. Ρωμαῖος τὸ γένος,  
στρατιώτης τὴν τέχνην. Ὁ δὲ Πρόβος ἐκ Σίδης τῆς  
Παμφυλίας, ὁ δὲ Ἀνδρόνικος ἐκ πόλεως Ἐφεσίου τῆς  
Ιουσίας. Καὶ ὁ μὲν Τάραχος θάλλεται \* λίθοις τὰς  
σιαγόνας καὶ τὸν αὐχένα, τὰς χεῖρας πυρὶ καταφλέ-  
γεται, καὶ ἀναρτάται ἐπὶ ζύλου, καὶ κατὰ πνευ-  
ρῆ ὑποβάλλεται, ἕως ἐπὶ τῶν ῥινῶν δέχεται, καὶ  
ὀφθαλμοῖς πεπυρακτομένοις τοὺς μαστοὺς ὑποκαίεται.  
Εὐρὴ τα ὄτα ἐκτέμνεται· τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς  
ἀποσύρεται. Θηρίοις ἐκδίδοται καὶ τελευταῖον μαχαί-  
ρα κατακοπεί μετὰ τὴν ψαχὴν τῆ Θεῆ πα-  
ρατίθην. Ὁ δὲ γενναῖος Πρόβος κούρας ὀμῆας  
τύπτεται, σιδήροις πεπυρακτομένοις τοὺς πόδας  
κατακαίεται, ζύλῳ ἀναρτάται, τὸν νῶτον καὶ τὰς  
πλευρὰς ῥωθεῖσιν ὀφθαλμοῖς κατακαίεται, καὶ ἐτέ-  
ραι σιὺς αἰς τὰς κνήμας διατέμνεται, καὶ τελευ-  
ταῖον μαχαίρας καὶ αὐτὸς κατακοπεί τὸ μακάριον  
τέλος

\* θάλλεται



**A** τέλος ἀπνέγκω. Ἀνδρόνικος δὲ ὁ θεῖος θύλα ἀναρτάται, καὶ σιδήροις ὄξει τὰς νήμας χερράσσει καὶ τὰς πλευρὰς κατακέντηται· ἔλατι τὰς ὠτειλὰς ἀνατρίβεται, τὴν γλώσσαν καὶ τὰ χεῖλη ἐκτεμνεται, καὶ σχεδὸν ὅλον τὸ σῶμα κατακοπεί μαχαίραις καὶ αὐτὸς τὸ πνεῦμα εἰς χεῖρας Πεῦ παρατίθηται.

SS. Martyrum

**B** 4. Hi, Diocletiano consule et Flaviano præside, floruerunt; Tarachus quidem ætate pro-  
 vectus, Romanus genere, forte miles. Probus ex Side Pamphylia; Andronicus autem ex Epheso Joniæ oriundi. Tarachus, maxillis et cer-  
 vice saxo contusus, manibusque igne adustus, in equuleo suspenditur, fervido fumo subjicitur, acetum naribus excipit, verubusque candentibus in mamillis ustulatur. Prædicuntur (illi) novacula aures; capitis abraditur cutis. Feris exponitur, et gladio tandem membratim concisus animam Deo reddit. Generosus autem Probus, crudis nervis castus, ferro candente adustus in pedibus, equuleo suspensus, tergo, lateribusque candentibus verubus adustus, aliisque item verubus fodicatus in suris, tandem beatum nactus est exitum. Divinus autem Andronicus equuleo suspenditur; acutis ferramentis incisus cruribus, fodicatusque lateribus, perfrictis sale vulneribus, lingua ac labiis excisis, gladiisque toto fere corpore et ipse concisus, in Dei manus spiritum tradit. Simili ad eundem diem illos elogio exornat Menologium jussu Basilii imperatoris olim editum; sed illic S. Probo axillæ candentibus verubus ustulatæ dicuntur; quod quidem tormentum Acta illorum lateribus ejus, cum tertio oblatus Maximo fuit, illatum memorant; neque id Mopsuestiæ, ut ibidem legitur. sed juxta Anazarbum, ut habet Latina Actorum versio, contigit.

mentio:

**C** 5. Menæis jam memoratis accedunt Menæa Maximi Margunii, Cytherorum episcopi, Horologium, seu Horæ canonicæ Cryptæ Ferratæ Ordinis S. Basilii, Diptychum S. Sabæ, Anthologium Græcum, quod hujusmodi Hymnum in laudem Martyrum decantari solitum exhibet: Πολυειδής οἱ Μάρτυρες αἰσχροῦς ἐνεγκότες, πολλῶν ἐπάθλων ἔτυχον καὶ βραβείων τῆς νίκης, παρὰ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος Τάραχος ὁ θεόφρων καὶ Πρόβος καὶ Ἀνδρόνικος, οἱ εἰρήσφι ἀλλοσόροι· ὧν τὴν σεπτὴν ἐκτελοῦντες, νημέριον τοῦτους τιμῶμεν ὑπὲρ ἡμῶν προσβέουτας τοῦ ῥωσθῆναι πταισμάτων. Varios Martyres cruciatus perpassi, multa certaminum ac victoriæ præmia a Christo Servatore reportarunt præditus mente divina Tarachus, Probus et Andronicus, victores strenui; quorum venerandam recolentes memoriam, ipso colimus, pro nobis intercedentes, ut liberemur a noxis. In supplemento nostro Menæorum Græcorum typis excursorum, seu in synaxario P. Sirmonti SS. Probi, Tarachi et Andronici elogio adduntur sequentia: Τελείται δὲ ἡ αὐτῶν συναξίς ἐν τῷ μαρτυρείῳ αὐτῶν, τῷ ὄντι ἐν τοῦ Νάρσου καὶ ἐν τῇ πηγῇ. Celebratur eorum festum in eorum æde sacra, quæ est in Narsi (supple tractu) et Ad Pontes; de quibus paulo infra dicetur. Hæc item lego in Menologio nostro Slavo-Russico: SS. MM. Probi, Tarachi et Andronici, passorum sub Diocletiano anno cclxxxviii. Item in synaxario Rutheno: SS. MM. Probi, Tarachi et Andronici, quæ pariter habentur in altero synaxario Rhuteno Moscuæ ad decessores nostros

misso anno 1688 a P. Georgio David S. J. ibidem missionario, uti et in Kalendario Rhutenico Vaticano seculi xi apud Assemanum tom. 1 de Kalendaris universæ Ecclesiæ pag. 110. Memorantur denique ad eundem diem, id est ad xii Octobris in Ephemeridibus Græco-Moscis, mensi Junio præfixis, addito sequenti ex Menæis versiculo:

Τριῆθη δωδεκάτη Πρόβος, Ἀνδρόνικος, Τάραχος τε.  
 Bis sena occidit Tarachum, Probum, Andronicum.

Tres hi SS. Martyres in Kalendario Rhutenico apud Possevinum tom. 2 Apparatus sacri pag. 365 corruptissime ac per modum unius sic exprimitur. S. Mart. Pronotarchii.

**E** 6. Ex citatis modo Latinis Græcisque monumentis observatu facile est, nomen S. Tarachi diversè scribi, ac e Latinis hos Tarachum, illos, Taracum; Græcos autem constanter Τάραχος scribere; ac proinde rectius Tarachus etiam Latine scribi; quod ita scripserint perpetuo Græci, a quibus id nomen ad Latinos derivatum fuit. Liqueat eisdem SS. Martyres modo in Cilicia, modo in Palæstina, modo annuntiarum in Syria. In Cilicia quidem, quod illic, uti Acta eorum fidem faciunt, pro Christo sanguinem vitamque fuderint. In Palæstina vero, quod eo delatæ in honoreque ipsorum habitæ sint reliquiæ: constat id ex Cyrillo Scythopolitano in vita S. Euthymii, in eremo Hierosolymitana hegumeni, ubi de Sancti illius Laura, in cœnobium post ejus obitum versa, agens, hunc in modum, D. Jacobo Loppin, monacho Benedictino congregationis S. Mauri interprete, non sine honorifica, quæ alibi deest, SS. Martyrum compellatione loquitur: Hoc miraculo (impetratæ coelitus S. Euthymii meritis in areni solitudine pluvie) cognito, archiepiscopus (Hierosolymitanus) Martyrius multa cum magnificentia in dedicationem monasterii advenit, celebrataque est vigilia cum insigni luminum apparatu, et synaxim agentes, sub altare deposuerunt reliquias Sanctorum et egregiorum victorum Tarachi, Probi et Andronici septima die mensis Maii: anno, ut additur, ab Euthymii obitu duodecimo, seu anno Christi 484; cum S. Euthymius, uti Henschenius tom. 2. Januarii pag. 301 docet, anno 473 die xx ejusdem mensis obierit. Hoc S. Euthymii monasterium Joannes Phocas, seculi noni scriptor Græcus, num. 18 ita descripsit: Dicto monasterio (S. Theodosii) adversum, sinisterius in profundum eremi Jordanis S. Euthymii Magni monasterium est; turribus magnisque fulcris circumvallatur; et in medio templum assurgit tecto in modum cylindri directo: subts spelunca patet, ibique medium S. Euthymii sepulcrum, deiferi Sabæ sepulchro haud absimile, candido marmore, æque ac illud, opertum; et cum Sancto, Sanctorum simul patrum Passarionis et Dometiani reliquiæ reconduntur: ita Joannem vertit Leo Allatius; sed pro sinisterius Græce legitur: δεξιότερον dexterius. Denique cum in Syria annuntiantur, Syriam opinor non proprie, sed late sumptam, cujus pars est Palæstina, oportere intelligi; quamquam etiam in utramque Syriam potuerint eorum transferri reliquiæ, cultusque propagari.

AUCTOR  
J. B.cultus sacer in  
Palæstinam

E

F

7. Palæstra tamen horum Martyrum, non Palæstina,



AUCTOR  
J. B.  
e Cilicia ubi  
die

*Palæstina, non Syria, sed Cilicia, Asiæ Minoris regio, nunc Caramania, fuit, quam imperator Theodosius Junior in Primam Secundamque partitus est, teste Joanne Malala Chronographiæ lib. 14. Ciliciam præterea Secundam, inquit, a Prima dirimens, provinciam fecit; urbe Anazarbo, metropolitico jure et præfecto donata. In Cilicia Prima fuere Tarsus metropolis et Pompeiopolis; in Secunda vero Anazarbus atque Mopsuestia. Pompeiopolis ad Flavianum Maximum, Ciliciæ præfectum, adducti sunt: inde Tarsum ducti, ab eodem Maximo interrogati sunt singuli, tortique; unde factum, ut Tarsi tum in Mrl. Rom. aliisque supra cit. passi dicantur. Mopsuestiæ altera a judice de iisdem est habita quæstio et ob suam in fide constantiam variis penis tormentisque affecti sunt. Postremum vero certamen Anazarbi subiere, ubi nova perpessi supplicia, ferisque objecti, capite tandem minuti martyrium consummarunt; quapropter in Mrl. Hieronymiano Epternacensi Anazarbi annuntiatos legimus. Constant hæcæ infra edendis Martyrum Actis, quibus additamentum aliquod Græcæ æque ac Latine subjungitur, in quo Anazarbi (seu, si accuratius loqui lubeat, juxta Anazarbum) non solum martyrium consummasse, quod etiam sepulti, et quiescere eorum corpora perhibentur, quod quidem movit, ut sanctorum Martyrum palæstram Anazarbo potius, quam Tarso, absque omni tamen eorum, qui secus fecerunt, reprehensione in hujus Commentarii titulo assignarim. Hæc de martyrii loco.*

verosimilius xi  
Octobris passi  
sunt, propa-  
gatus:

8 Diem eorum emortualem incertum, quod antiquioribus quidem Latinis Fastis nomen eorum ad diem xi; in Græcis autem ad xii inscribatur. Ruinartius putat: verosimilius tamen die xi eorum martyrium contigisse propterea reor, quod Fastis Latinis purioribus consonet non modo Additamenti, Actis subnervi, textus Græcus æque ac Latinus, sed etiam, quod in Actis Martyrum, quæ Baronius tom. 2 Annalium a pag. 678 edidit ad annum Christi 290, num. 30, dies xi Octobris, nullam omnino diem Actis Ruinartianis, assignantibus, diserte expressus habeatur.

C Maximus indignans, inquit illa, vocat ad se Terentianum, jubetque edi gladiatorum munus, quibus mandaretur in primis Christianos martyres confodi: quod factum est quinto Idus Octobris. Eodem porro die id jussisse Maximum; effecisse vero gladiatores, rei adjuncta palam ostendunt. Quod si in quibusdam Fastis aliis insuper diebus eorum festivitas assignetur, inde profectum id arbitror, vel quod aliqui ex illis male luxati sint, ut Lucensis Major Florentini codex, in quo, ut et in Corbeiensi, ad diem ix Octobris, rursusque postridie annuntiantur; vel quod ex mero variarum ecclesiarum arbitrio variis quoque fuerint culti diebus, vel denique, quod diebus aliis illorum fuerint translata reliquiæ, aut ædes sacræ Deo sanctorumque Martyrum nomini dedicata.

ædes sacræ illis  
seu Mopsues-  
tiæ

9 Translatas fuisse eorum reliquias aliquot anno 484 die vii Maii in ecclesiam cenobii S. Euthymii, jam vidimus supra: ex Actis vero S. Nicetæ Gothi martyris, quæ tom. v Septembris pag. 40 et binis sequentibus habentur, discimus, tribus illis SS. Martyribus prope Mopsuestiam templum ab Auxentio, loci episcopo, fuisse excitatum, in eoque repositas

eorum reliquias. Primum S. Nicetæ Acta Græca, Stillingo interprete, his verbis tradunt: Excitavit quidem hic Pontifex, amicus Martyrum, templum victoria insignibus martyribus Taracho, Probo et Andronico, quod positum est ante muros civitatis Mopsuestiæ. Alterum vero sequentibus: Cum autem ipsorum Sanctorum ei deessent reliquiæ ad consecrationem templi ædificati, eas autem haberet urbs illi propinqua, nomine Anazarba, ei promissa parte reliquiarum hujus præclari Nicetæ, illorum Martyrum accipit reliquias. De re quidem constat: at quis ille Auxentius? Le Quien tom. 2 Orientis Christiani geminum hujus nominis Mopsuestenum episcopum memorat, quorum prior anno 359 ecclesiam rexorit; alter vero post Bassianum, qui Chalcedonensi concilio anni 451 subscriptus legitur apud Labbeum tom. 4 Conciliorum col. 787, uti et post Joannem; atque Auxentio huic II potius, quam I factum id adscribendum autumat, quam in sententiam Stillingus quoque inclinare videtur: Ruinartius autem, ac post illum Tillemontius tom. 5 Monumentorum Ecclesiasticorum pag. 301 Auxentio, Mopsuesteno episcopo Ariano, quo nomine (jure, an injuria, non inquiri) Auxentius I venit; quem cingulum militare abjicere, quod unus, quod illum facere Licinius imperator jusserat, Baccho sacrificare, maluisse, ac dein Mopsuestenam cathedram adrisse, Suida scribit. Expulsi palatio suo Christianos Licinius, teste Eusebio in Chronico apud Scaligerum et Miræum, anno Constantini xiv, Christi 320, quinqueennio post Thessalonice interfectus: quo tempore ad adultam Auxentius pervenerat ætatem; cum et frater ejus natus minor Theodorus, uti et Suida Baronius tom. 3 Annalium ad annum 316, num. 34 tradit, Tarsensis in Cilicia episcopus factus, concilio Nicæno xi anni 325 apud Labbeum tom. 2 Concill. col. 52 subscripserit.

10 Theodorus quidem alter metropolitansensis fuit; sed hic, utpote concilio Chalcedonensi anni 451 subscriptus, Auxentii, qui, Licinio imperatore, fuit, frater esse non potuit. Porro vero S. Nicetæ Gothi martyrium subitil sub annum dumtaxat 372: neque illud SS. Tarachi, Probi et Andronici templum statim a S. Nicetæ martyrio Auxentius condidit: nam, ut S. Nicetæ Acta tradunt, aliquamdiu post occisum S. Nicetam, corpus ejus a Mariano, milite Christiano, Mopsuestiam allatum fuit, inque Mariani ædibus item aliquamdiu servatum miraculis claruit; donec, procedente tempore, conditum S. Nicetæ Mopsuestiæ templum fuit. Rursum vero inter templi Nicetiani epocham, et epocham templi, quod SS. Taracho, Probo et Andronico excitavit Auxentius, annorum sat multorum curricula intercedere potuerunt, ac proin Auxentius hujus nominis I, seu, qui Licinii tempore ad ætatem virilem jam pervenerat, ad conditum juxta Mopsuestiam SS. Martyribus nostris templum ætatem non prorogasse videtur, recteque censuisse Lequienus, id Auxentii Mopsuesteni episcopi, non hujus nominis I, sed II opera factum.

11 Alterum quoque templum SS. Martyribus in urbe Constantinopolitana fuisse dicatum, docet Zonaras lib. 14 Annalium ita scribens: Οὗτος ὁ Ναρσῆς τὸν τοῦ ἁγίου Πατριάρχου τῶν ἐδομήσατο, καὶ τὸν τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρωβίου, Ταράχου καὶ Ἀνδρονικοῦ ἱερόν τεταράχου

ob Auxentio,  
hujus nominis  
II,

seu Constan-  
tinopoli a Nar-  
sere, quem  
comburi Pho-  
cus jussit, con-  
dita,



A *πάγος καὶ Ἀνδρονίκου καὶ τῶν ἐκεῖ ἑσθόνων.* Hic Narses (Phocæ, qui anno 602 salutatus fuit imperator, jussu combustus) divi Pantaleemonis et sanctorum martyrum Probi, Tarachi et Andronici ædem atque vicinum hospitium condidit. Ita Zonaram interpretatur Cangius; nescio, an satis accurate: nam, si hac Cangii interpretatione sit standum, templum idem et S. Pantaleemoni, et SS. Martyribus Anazarbenis Narses condidit; aliud autem S. Pantaleemoni, aliud item illis conditum fuisse, testis Græci verba innuunt, repetito articulo τῶν, uti observat Bosschius noster tom. 6 Julii pag. 398 in Commentario ad Vitam et Martyrium S. Pantaleemonis prævio. Favet Bosschii sententiæ, qua S. Pantaleemonis templum ab eo, quod SS. Martyribus nostris Narses extruxit, aliud esse censet, scriptor anonymus, qui descriptas a se Antiquitates Constantinopolitanas Alexio Comneno Græcorum imperatori obtulit, ac ita apud Bandurum tom. 1 Orientalis Imperii lib. 3, ipsomet Banduro interprete, loquitur: Narsesis tractus domus erat Narsesis patritii et præpositi, Eunuchi, tempore Justiniani, (hujus nominis II) et Sophiæ. Xenodochium autem, gerocomium et ecclesiam idem ipse condidit, et quæcumque ad locum usque Oxybaphii nuncupatum visuntur; itemque sanctum Probum, seu SS. Probi, Tarachi et Andronici ecclesiam: addit enim Bandurus in suis ad hunc anonymi locum Commentariis tom. 2, pag. 687 in Codice Colbertino legi: καὶ τῶν ἁγίων Ἡρόδοτου, Τάραχος καὶ Ἀνδρονίκου. Ubi vides ecclesiam, quam in urbe Constantinopolitana S. Pantaleemoni Narses condidit, ab ecclesia, quam Martyribus hisce Anazarbenis idem condidit, manifeste distingui: unde miror, Bandurum pag. 486 mox citati tom. allata paulo ante Zonaræ verba hunc vertisse in modum: Hic Narses divi Pantaleemonis et sanctorum martyrum Probi, Tarachi et Andronici ædem, atque vicinum xenodochium condidit; perinde ac si unam Narses tantum condidisset ecclesiam. Narsesem hunc confundere nonnulli cum Narsete, qui Totilam, Gothorum regem, Justiniano imperante, anno 552 devicit in Italia; ubi eum eodem fere tempore, quo

C Joannes III Romanus Pontifex obiit, id est, anno 572 e vita excessisse Anastasius scribit; Procopius vero, ab anno Justiniani quarto, id est, 530 ærarii præfectum egisse; quare haud verosimile sit, eum ad annum 602, quo Phocas imperium arripuit, fuisse in vivis. Plura de Narsete utroque vide apud Petavium Rationarii temporum parte 1, lib. 7, cap. 10, et apud Pagium in Historia Critica ad annum 567. Imperium tenuit Justinus ab anno 565 usque ad 578; Mopsuestenam ecclesiam rexit Auxentius Secundus seculo 7; unde Martyrum illorum cultus per Orientem elucet antiquitas ac celebritas.

12 Sed et aliud ejusdem cultus monumentum suppedilant Sirmondi Synaxaria num. 5 citata, dum Martyrum festum non solum ἐν τοῦ Νάρσου, sed etiam ἐν τῇ Πηγῇ celebratum fuisse, affirmant: de quo loco, haud procul Constantinopoli extra portam auream sito, ita anonymus apud Bandurum Antiquitatum Constantinopolitanarum lib. 3 loquitur: Ecclesiam SS. Deiparæ ad Fontem Justinianus Magnus ædificavit. Cum enim aliquando in Thra-

Octobris Tomus V.

ciam venatum iret, et ex hoc templo, quod tunc parvum oratorium ac unius monachi domicilium erat, magnam videret prodire populi multitudinem, interrogavit, quidnam illud esset? Respondit autem Strategius, magister et custos imperialis pecuniæ, fontem ibi esse sanantem morbos. Tunc imperator admiratione affectus hanc ecclesiam ex superfluis magnæ ecclesiæ materiis extrui curavit. Procopius lib. 1 de Aedificiis cap. 3 loci ejusdem situm uberius describens ait: Eidem (Deiparæ) templum aliud condidit apud Fontem: sic locum appellant, in quo opacissimum est eypress-tum: floribus molli solo surgentibus pratium vernat: pomis exuberat viridarium: fons tacita scaturigine lenem ac dulcem aquam effundit: nihil denique honori religionis consentaneum deest. Hæc circum ædem: ipsam vero nec dignis signare vocabulis, nec adumbrare cogitatione, nec verbis exprimere promptum est. Unum dicere satis habeo, illam nitore et magnitudine plerisque sacris ædibus antecellere. Encoeniorum templi hujus in Menologio Cardinalis Sirleti commemoratio fit ad diem 19 Julii. Ex hactenus quidem dictis colligere licet, etiam alibi per Orientem sacrum horum Martyrum cultum non fuisse vulgarem, ac plura verosimiliter ipsorum nomini templa dicata, vel sacris eorum ditata exuviis; perquam vero esse difficile, unde præcise eorum annuntiationes, diebus variis affixæ, promanarint, sigillatim accurateque exponere.

13 Porro autem, quemadmodum non unus est, quo SS. Martyrum in Fastis sacris memoria celebratur, dies, ita non unus idem est annus, quo martyrium passi dicuntur: Diocletiano quidem imperante, id contigisse, ex Actis ipsorum consularibus, consonisque eorumdem Actorum hac ex parte apographis satis equidem luculente patescit: at quot Diocletiani imperantis anno id ipsum contigerit, non eadem omnibus sedet opinio: Baronio placuit annus Diocletiani et Maximiani imperatorum septimus, Christi 290, quo Diocletianus quidem quartum, Maximianus autem tertium inivit consulatum, quem nimirum, quod Baronio præluxit, Latinum Actorum Bibliothecæ Vaticanæ exprimebat apographum: at vero Acta Græca (quo quidem sermone primum ab iis, qui martyrio eorum interfuere, conscripta, et ad vicinarum provinciarum Christianos directa fuere (Latino exemplari Vaticano nequaquam consonant: quæ ab Emerico Bigotio vulgata sunt, habent: Ἐν ἡπαρσίῃ Δουκλίανου Σεβαστοῦ τὸ πρῶτον Diocletiano Augusto primum consule: neque ea in re dissident Acta Græca a Ruinartio inter sincera Martyrum Acta relata: Latina autem eorumdem Græcorum Actorum Bigotii æque ac Ruinartii editio habet: Consule Diocletiano et Maximiano iterum: Rosweydi contra: Consulibus Diocletiano Augusto quartum et Maximiano tertium. Menologium Slavo-Russicum num. 5 citatum signat annum 288, in quem incidit annus Græcorum recentiorum 5796, qui in Sparcenfeldiano Calendarii Slavo-Russici ad decessores nostros anno hujus seculi duodecimo Holmia misso specimine signatus legitur, et cum Maximiani Herculti consulatu secundo congruit.

14 Ex allatis hactenus epochis nulla subsistit: refutantur singulæ primum ex eo, quod

J. B.

Martyrium subiere

M

anno, ut apparet,

73 martyrium

annuque eorumdem non procul inde in celebri loco, Ad Fontes dicto, synaxis.



AUCTOR  
J. B.

*martyrium tres illi fidei Christianæ Pugiles eo subierunt tempore, quo jam latum publicatumque erat imperatorum decretum, quo, quaqua Romanum palebat imperium, diis sacrificare Christiani jubebantur: hinc illa sub ipsum Actorum principium præsidis Maximi ad S. Tarachum verba: Ergo respice in senectutem tuam: quoniam ego volo, ut sis unus ex consentientibus præceptis dominorum, et a me honorem magnum accipias. Ergo accede et sacrificia diis nostris, quoniam et ipsi principes super omnem orbem eos colunt. Edictum autem istud annum Christi 303, quo consules Diocletianus octavum, Maximianus vero septimum fuere, non antecessit. Refutantur item ex eo, quod, cum passi sunt Martyres, alta ac diuturna pace Romanum fruebatur imperium, quodque jam tum fidelium sanguis imperatorum jussu frequenter fundi consueverat: primum præses Maximus S. Andronico, quæstionem tertio subeunti, dicit: Maledicis principes, o malum caput, qui diuturnam et almam pacem præstiterunt; alterum luculente prodit hoc S. Andronici responsum: Ego maledixi et maledico potestates, et sanguibulos, qui seculum everterunt; quibus quidem verbis non levis quædam aut fortuita, sed gravis, longæque diffusa, quæque orbis Romani pacem everterat persecutio indicatur. Raro autem, ea quo imperare Diocletianus cepit, a barbararum gentium incursionibus motibusque bellicis Romani vacarunt, donec anno 297 cum Persis pacem inierunt; licet autem post inquam cum Persis pacem cum Alemannis (ineunte sec. IV, ut ait Tillemontius tom. 4 Historiæ imperatorum ad annum 301, armis aliquoties illis certandum fuerit, pax tamen fuit in Oriente servata: neque, ut modo in confesso est, persequi Christianos ante annum 303 Diocletianus et Maximianus aperto Marte ceperunt.*

Christi 304,

15 Propius a vero, si id non attingit, abest auctor Additamenti, Actis Græcis, Latinisque apud Ruinartium subnexi, cum SS. Martyrum necem anno primo Diocletianæ persecutionis adscribit: quia tamen anno primum 304 in cujusvis Ordinis Christianos, non ecclesiasticos modo, sed etiam laicos, quales SS. Martyres erant, nisi diis sacrificare velent, capitis sententiam Diocletianus tulit, rectius facturum existimo, si quis una cum Ruinartio, Pagio ac Tillemontio eorumdem martyrium ad annum 304 usque distulerit; cum Additamentum illud, utpote Tarsum metropolim (qua dignitate ante Theodosium II civitas illa eo num. 5 caruit) nominans, Actis primigeniis recentius sit, nec peculiaris in promptu aliunde sit ratio, cur id citius factum esse dicatur: serius autem multo minus; cum postremum Diocletianus anno 304 consulatum gesserit. Eusebius quidem Historiæ Ecclesiasticæ lib. 9, cap. 5 Acta quædam, impietatis adversum Christum plena, fuisse composita, ac a Maximino (qui anno 305, Diocletiano purpuram exuente, factus est cæsar) quaquaversum, non per civitates tantum, sed etiam agros dispergi sub annum 311 jussa commemorat; commemorari item hujusmodi Acta videri possunt infra num. 37, ubi Andronicum sic alloquitur Maximus: Iniquissime, non seis, quem invocas Christum, hominem quemdam factum sub custodia Pontii Pilati punitum, cuius et Acta reposita sunt. Unde videri cupiam possent sub annum 311 Sancti nostri marty-

rium passi: sed aut Acta utrobique non commemorantur eadem, aut, si sese res habeat secus, citius Acta illa primum conficta fuerunt, ac dein Maximini jussu undique in vulgus, ipsosque etiam in pueros sparsa. Aliud sane sonare videtur, quod in Actis legitur τὸ κατὰ νεύσαι, id est, reposita sunt, seu in archivis servantur; aliud hæc Eusebii phrasis: Ἐπι πάσαν διαπύρρονται τὴν ὑπὸ αὐτοῦ ἀρχὴν. In omnem transmittuntur, quæ illi (Maximino) suberat, provinciam.

16 Pompeiopolis, quæ Ciliciæ maritima civitas fuit, Solocæ prius, dein autem, ea quo piratis illam Pompeius incolendam addidit, Pompeiopolis dicta, primum in vincula conjecti, vel certe Maximo, Ciliciæ, nondum in duas divise partes, præfecto, oblato fuere sancti Martyres; Tarachus, cum militabat Victor dictus, gente Isaurus, ortu Claudiopolitanus; Probus, privatae sortis homo, Sidæ in Pamphilia natus, et Andronicus nobili apud Ephesios loco exortus. Pompeiopolis quidem nullam interrogationem, cruciatum nullum, cum vel ipsorum nomen Maximus, quamdiu illic detenti fuerunt, ignoravit, verosimile est illos subisse: sed inde Tarsum, Ciliciæ metropolim, deductos interrogare ac torquere instituit Maximus VIII Cal. Aprilis seu XXV Martii secundum textum Græcum; at XII Cal. Junii seu XXI Maii secundum Latinum. Dies XXV Martii signatur apud Baronium et Rosweydam, uti et in Codicibus Mss. S. Remigii Remensis, S. Cornelii Compendiensi, et monasterii Ursicampi Ordinis Cisterciensis, uti Ruinartius annotavit: quibus potius, uti et Græco præ Latino textu standum apparet; esto, Maximus eodem anno 304 die VII Aprilis Pompeiopolis S. Calliopam neci addidisse: neque enim ea est duarum istarum civitatum distantia, quin facile die VII Aprilis Tarso Pompeiopolim redire esse potuerit. Seorsum singulos, primum S. Tarachum, tamquam ætate provectiorem reliquit; tum S. Probum, denique S. Andronicum natu minorem aggressus est; quo facilius eorum, uti sperabat, animos expugnaret: verum cum incassum blanditias, minas, suppliciaque tentasset, includi eos carcere jussit, ut diuturno carceris squalore vinceret, in quos tormenta nequicquam adhibuerat.

17 Post temporis aliquantum alteram de illis quæstionem Maximus habuit, cujus quidem Baroniano codici insertus fuit, sed præ vetustate oblitteratus legi haud potuit dies; in ceteris autem codicibus silentio premitur. Ex Actis S. Tatiani, cognomento Dulæ, tom. 2 Junii parte 2, pag. 1047, si hic anno 304, die XV Junii, quod non absimile vero est, martyrio affectus fuerit, habemus, Maximum Ciliciam obiisse, ac Zephyrio, maritimo Ciliciæ oppido, Tarsum sub idem tempus rediisse: quare probabile quidem videtur, quæstionem alteram subisse sanctos nostros Martyres sub idem fere tempus, seu ab habita quæstione prima mensibus circiter tribus aut quatuor; maxime si Tarsi, uti in Rosweydiano apographo legitur, secunda quæstio habita fuerit: atqui non Tarsi, sed Anazarbi hanc habitam fuisse affirmat Græca Actorum tam Bigolianna, quam Ruinartiana editio; quacum rursus Latina versio pugnat, quæ in civitate Sciscia seu Sis, inter Anazarbum et Mopsuestiam sita, id factum affirmat. Rem eatenus dubiam decidunt, uti propemodum certum vide-

varis prius  
affecti sup-  
plicia, pri-  
mum quidem  
Tarsi,

E

F

dein Mo-  
psuestia,



A tur, ipsamet Acta Græca num. 24 (nihil contradicente eo loci versione Latina) ubi S. Tarachus, tertium interrogatus a Maximo, respondet: Ἐγὼ καὶ ἐν τῇ πρώτῃ μου ἡμολογία τῇ ἐν Τάρσο, καὶ τῇ δευτέρᾳ ὁμοίως ἐξέτασαι τῇ ἐν Μαρψίστοις ἡμολογία Χριστιανὸν εἶναι μὲ. Ego et in prima confessione mea Tarsi, et in secunda similiter interrogatione Mopsuestiæ professus sum, esse me Christianum. Hic ἐν Μαρψίστοις applicari vel per umbram verisimilitudinis queat. Accedit apographum nostrum ex Vaticano codice transcriptum, quod disertè habet: Δευτέρα ἐξέτασις τοῦ ἀγίου ἐν Μουψουστία; Secunda interrogatio Sanctorum in Mopsuestia. Hinc emendandi codex Remigianus, qui habet in Sicilia, Urscampensis et Compendiensis, qui habent in Cilicia civitate, ut Ruinartius monet.

cum denique Anazarbi, ubi copie plezi sepultique sunt.

18 Alio loco secundam, alio tertiam questionem habitam fuisse, laudata mox Actorum Græcorum verba faciunt palam: cubat itaque in his ipsis Actis error num. 22, ubi B tertia interrogatio ἐν Μαρψίστοις habita fuisse dicitur: Latina autem versio recte habet: In Anazarbo civitate: ex Actis enim liquet SS. Martyres juxta idem oppidum, in quo interrogati postremum fuere, et passos fuisse et sepultos: Anazarbi vero, vel certe juxta Anazarbum tumulatos fuisse, licet id disertè Acta hæud expriment, exprimit tamen auctor Ad-ditamenti, Actis subnexi, cum ait: Proxima vero nocte in monte depositæ sunt reliquie sanctorum martyrum Probi, Tarachi et Andronici jacentium in gloriosa urbe Anazarbo. Quod si Mopsuestiæ alibi postremum interrogati, cæsi ac sepulti fuissent, opus non fuisset Auentio, Mopsuesteno episcopo, condito illis templo, eorumdem reliquias Anazarbo arcesere. Anazarbo questionem tertiam item adscribunt editio Bigotiana et apographum nostrum Græcum ex codice Vaticano 797, pag. 182 transcriptum. Latinus Actorum interpres num. 41 Terentianum, sacerdotem civitatis Ciliciæ meminuit, in eaque civitate tandem SS. Martyres martyrio fuisse coronatos, subsequens verba citata contextus innuit; sed ille Græci textus sensum non est assecutus; in quo, nulla civitatis cujuscumque mentione facta, Terentianus nuda Oliciarcha appellatur; quo nomine non civitas aliqua, sed sacerdotis, qui inter singularum civitatum per Ciliciam flammes eminebat, dignitas, seu præcipuus universæ Ciliciæ sacerdos significatur: flammes, in singulis urbibus constitutos, ἱερεῖς; sacerdotes autem, singulis provinciis præstitutos, ἀρχιερεῖς, qualis Terentianus fuit, vocat Eusebius Historiæ Ecclesiasticæ lib. 8, cap. 14, et lib. 9, cap. 4. Adde Ciliciam civitatem (si urbs oppidum hoc nomine veniat) nusquam gentium existisse. Manifesto insuper errore in Epistola, Actis præmissa, legitur: Quod actum est in Pamphylia de Martyribus, prosecuti sumus: missa est ea Epistola ad Iconienses in Lycaonia, roganturque hi, ut in Pisi-diam et Pamphyliam Acta martyrii (utpote ab illis provinciis minus remoti) transmittere velint: at quid opus erat ea Acta per Iconienses in Pamphyliam mitti, si in ipsamet Pamphylia SS. Martyres occubuerant?

19 Martyrii adjuncta accurate describunt

Acta, quæ in quatuor partes non inepte dividi possunt, ita ut tres harum priores tribus interrogationibus tribuantur, singula nimirum singulis; quarta vero martyrium hujusque adjuncta complectatur. Tres priores sunt Acta ipsa proconsularia, a notariis publicis excepta, et pretio cc denariorum a Sebasto spiculate redempta; postrema a testibus oculatis, Marcio, Felice et Vero; seu Marcione, Felice et Barnaba, uti habet apographum nostrum Vaticanum, conscripta est. Acta hæc, non sine multa inquisitione examinata, datis litteris, quæ Actis præfiguntur, per nuntios Iconium, inde ad Pisidiæ atque Pamphyliæ fideles mittenda, communi nomine destinaverunt Marcianus, Lysias, ceterique novem in iisdem litteris nominatim memorati, e quorum numero probabiliter tres illi, qui partem quartam adornarunt: Marcius enim in Actis memoratus idem videtur, qui Marcianus: Felix utrobique legitur: abest quidem a litteris encyclicis Verus seu Barnabas; sed fieri facile potuit, ut alio nomine in Actis, alio in litteris encyclicis fuerit appellatus; quemadmodum idem verosimiliter fuit, qui in his Actorum apographis Verus, in illis Barnabas dictus invenitur. Unde minime mirum non est, Acta hæc summis passim laudibus celebrari: quod si in eorum apographa error hinc inde irrepserit, id non Actorum primogeniorum auctoribus, sed ea describentium imperitiæ aut oscitantæ tribuendum est.

AUCTORE J. B. Acta eorum proconsularia

20 Acta hæc Baronius Annalium tom. 2 ad annum 290 Latine primus vulgavit, suisque illustravit Annotatis: sed cum mutila hinc inde essent, post Baronium Rosweyde uberiora quidem, quæ apud Surium ad diem xi Octobris exstant, eodemque sermone ecarata protulit; sed nec omnibus numeris absoluta. His rursum auctiora, Græceque scripta ex codice Colbertino, addita versione Latina antiqua, typis Parisiensibus anno 1880 edidit Emericus Bigotius; uti et ea, quæ Metaphrastes, mutata suo more primigenia Actorum phrasi, conscripsit. Alterum denique codicem Colbertinum nactus Ruinartius Acta integra horum Martyrum, cum variis Mss. collata, edidit, notis illustravit, dignaque censuit, quæ inter Acta Martyrum sincera et selecta reponeret, adjecta non solum versione Latina antiqua, sed etiam encyclica Anazarbenorum ad Iconienses Epistola Latina, et Ad-ditamento Græco-Latino, quæ ab editione Suriana et Baroniana aberant. Acta quædam Græca præ manibus habuit Leo Allatius, quorum unum alterumque textum exhibet in Diatriba de Simeonum scriptis pag. 90 ad Latine versionis sensum satis accommodatum, minusque verbosum; quod pro textu primigeni indicio Tillemontius habuit Monum. Eccl. tom. 5, pag. 702. Apographum nostrum Vaticanum iisdem fere totidemque verbis prædictos textus exprimit; quia tamen in apographo hoc æque, ac in Actis a Ruinartio editis, Anazarbus metropoleos titulo, quem ante Theodosium II non habuit, decoratur, neque hoc, neque Ruinartii Codex textum primigenium exhibere videtur. Recudentur hic itaque Acta, quæ Ruinartius edidit, una cum antiqua interpretatione Latina, quæ sicubi, ut fit interdum, a textu Græco defleat, atque operæ pretium visum fuerit, monere in Annotatis ea de re lectorem, non pigebit.

ex Actis MM. sinceris, a Ruinartio vulgatis, edenda.

ACTA